

11 DE CONJUNCTIONE,

Copulatiuae & disiunctiuae uel etiam expletiuae conjunctiones ut quidem breues sunt Causales uero uel rationales conjunctiones quae a terminantur exceptis ita & quia longe sunt propter ea quae i terminantur excepta una nisi producunt ut si quae in n desinunt si i ante eam habuerint sin absumpta salus uergilius producit ut sin quin alias breues sunt ceteras uero omnes naturaliter correptas esse manifestum est, DE PRAEPOSITIONE,

De accusat. praepositionib; solae quae in a exeunt productione laetant ut contra & ex mono syllabis una cis. Ablatiuae uero corripiunt omnes ut ab. exceptis his mono syllabis quae uel uocalib; terminant ut de. uel uocalib; constant ut est. Communes propositiones correptas esse remanifestum est ut in sub. De loquellaribus propositionib; ideo taceo quia nec sola eum quam ponuntur, neo conjunctae finem retinent de quo tantum loquimur,

DE INTERJECTIONE,

Omnes interjectiones si mono syllabae fuerint longae sunt ut heu. si uero duarum uel amplius syllabarum, quoniam speciem iam retinent partis orationis ad exemplum eorum quib; similes erunt judicandae sunt ut pape; Hae itaq; ut diximus per omnes partes orationis in ultimis syllabis obseruandae sunt, exceptis reliquis positione longis aut diphthongis,

FINAL. REGUL. explicit feliciter, amen,

Sergij de finalib. sylla: finis.

desinunt in
ho. exemplari

loquellares sunt propositiones hae. am. con. di. dis. re. re. au.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1753/0154